

# RECTOR

ET

## TOTUS ACADEMIÆ MARPURGENSIS SENATUS, CIVIBUS ACADEMICIS SALUTEM ET PERSEVERANTIAM!

SS 1646



**L**iter alias causas, quæ Magnanimum Philippum, Gloriosiss. Memor. ad Privilegia & foundationem hujus Academiæ Marpurgenfis commoverunt, hæ quoque præcipue leguntur, Statut. Academ. Tit. i. ut nim. Studia ac litera ultimis hæc maligna temporibus, quæ ruinam bonis Artibus minantur, omnibus viribus conserventur, nec permittatur, Margaritas tam pretiosas pedibus conculcari, & apertum discrimen omnibus pateat, quid inter virum doctum & indoctum, inter Literatum & plebeum intersit. Sed hodie pleriq; tam averso à Literis sunt Animo, ut in earum perniciem Catilinariam conirationem inuisse, & vesperas Sicilienses imitari videantur. Aliter judicant, quibus non crassa de Gente Menenis, sed ex meliori luto finxit præcordia Titan. Sic Casares, Principes, Comites, Barones, & alii strenui Nobiles, Academiæ non solum visitant, exornant, sed etiam publica testimonia acceperunt, ut Sigismundus Cæsar, Doctores suos aliis Nobilibus & Militibus publice præposuerit; Carolus V. aliquando (ò humilitatem in tanto fastigio!) Lovanii Rectori Academico locò cesserit & latius texerit. Johannes Dux Megapolitanus totos 20. Annos Lutetia Studiorum gratiâ commoratus, non ante abierit, nisi publicè Doctor pronuntiaretur. Hermannus Hassiæ Princeps, in Academiâ Pragensi, cum summa Cæsaris Caroli IV. & Bohemiæ regni Procerum congratulatione, Magister Artium factus sit. Albertus, Comes Hohenbergensis, Decretorum Doctor. Eberhardus, Baro Starenbergius, Doctor. Sigismundus, Baro Herberstenius, Baccalaureus, evaserint. In Fuldensi Cænobio Sexcenti Nobilissimorum Equitum filii, Sturino Abbate, uno eodemq; Anno, ingenii Exercitiis incubuerint. Vix igitur credimus, ò Cives Academici, Hassiæ Principes, de tam Illustri stirpe, ac sanguine Natos, permissuros esse, ut seminarium hoc & Emporium Pietatis aliarumq; virtutum dissipetur, atq; ita scopus foundationis prohibeatur. Ο μίλεμ & αὐοες γὰρ ἡ σοφία ἡ ἀρετή, ἴμο Πάλλας ἐ- Λοῦνις cerebro inter medios Aï- morum strepitus, clamores & tumultus, juxta Poetas, nata est. Quare faxit Deus Opt. Max. ut quemadmodum præis suus viror, ita Studii & Literis suis redeat honor ac decus. Nos interim officio nostro fungemur in silentio & spe, Hic scopus unus erit, multis prodesse, nocere. Nemini, ansare bonos, & tolerare malos. Vos facite similiter, & hæc, quæ nunc hic designata exhibemus, auxilianteq; Deo, per proximè futuram Æstatem, publicè & privatim præstabimus, cum voto uberrimi fructus amplectimini. Valetè prospere ac feliciter! Marpurgi Die 8. Martii. Anno Messia exhibitæ M. DC. XLVI.

### IN FACULTATE THEOLOGICA.

**Iustus Feswbornius**, S. Theol. D. & Professor, 1. In suo Tractatu Theologico, in quo nuper in Articulo de Christo Θεανθρωπος, substituit, progredietur. Collegium suum Concionatorium continuabit. 2. Publicas aliquot Disputationes superaddet.

**Mena Hannekenius**, S. Theol. D. ejusdem & Hebr. Ling. Prof. publice in Pentateucho Mosaico progredietur, privatim Collegia Theologicâ Antipapisticam, & Hebræa provectorum ac incipientium continuaturus.

**Joh. Henricus Tonsor**, SS. Theol. D. ejusdem Professor & Pedagogarcha, in analysi quæstionum Theologicarum Illustrium & maxime controversatarum perget: addet insuper Collegia Theologica Disputatoria & Explicatoria.

### IN FACULTATE JURIDICA.

**Iustus Sinolt cognomento Schütz**, I. V. D. Consiliarius, Academiæ Pro-Cancellarius, & Professor Primarius, cap. 5. lib. 2. feud. Qual. jurat. deb. vassal. explicandum assumet, ex eoq; de Fidelitate, quam vassallus, subditus, domesticus Dominis suis, aliq; aliis, vel ipso jure, vel ex pacto debent, per quæstiones scitu dignas & utiles tractabit, Collegium quoque de statu Rei Romanæ publicum continuabit.

**Johannes Breidenbach**, I. V. D. Illustriss. ac Colossissimi Hassiæ Landgraviæ GEORGII, & Consiliarius & Professor, in Mandatorum Cameralium materia perget.

**Johannes Gualtherius**, I. V. D. Consiliarius Professor Codicis, in ordinariis suis prælectionibus in Codice progredietur.

**Johannes Kornmannus**, I. V. D. Consiliarius & Pandectarum Professor, in explicandis utilioribus Digestorum legibus progredietur. Collegia

quoque Disputatoria publica & privata, pro studiosorum desiderio & petitione aperiet.

**Gregorius Tüschnerus**, I. V. D. Consiliarius & Professor ordinarius, ex Libro II. Institutionum Imperialium, e. quæ superant in materia successione testamentaria, publicè absolvet; Collegia quoque Disputatoria & Explicatoria, ad petitionem Studiosorum, in eundem aperiet.

### IN FACULTATE MEDICA.

**Joh. Daniel Horstius**, D. Publicè disputando Manuductionem ad Medicinam exponet. Privatim Collegium Chemicum continuabit, atq; præceptorum medicaminum particularium & universalium præparationem, usum, virtutes, vitia monstrabit, atq; fideliter communiabit.

**Johann. Tilemannus**, D. & p. t. Acad. Rector, pergerit Lectionibus suis ordinariis, privatim quoque perentibus suam spondet operam, si officii publici ratio permiserit.

### IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

**M. Conradus Bachmannus**, Müllungensis Hessus, Poeticus Professor, Exigita illa, quæ in Libro II. X. superant, quantum recta videretur conceder, ad finem operatum perducet, ut sunt, petito veneris ad vulcanum apprimè delentica, ut arma, Enceæ fabricet, hæc sequitur præstatio vulcani, in armis parandis, quæ Historia Romana in clypeo, & tandem prodigium armorum de celo & matre ostensorum.

**M. Caspar Zedel**, Log. Metaphys. & Philosoph. Moralis Profess. Ordinarius, publicè in Logicis explicabit compendium suum: In moralibus doctrinam Politicâ exponet. Privatim Collegia, Logicum, Metaphysicum, Ethicum & Politicum, pro auditorum desiderio, aperiet; Me-

taphysicum publicum absolvet, & aliud aphorismorum Logicorum huic adjunget, omnia dirigente altissimo.

**Joh. Conradus Dietericius**, Professor Græcæ Linguae & Historiarum, ad sacras Veteris & Novi Testamenti tabulas, illustramenta harmonica, tum rerum quam verborum, è variis autoribus Græcis propositurus est. In Historicis ab Herodoto auferebitur. In exercitationes privatas exhibebit, quicquid in Philææpy allibuerit.

**Jacobus Le Bleu**, I. V. L. Linguar. Exot. Prof. Ordin. & Acad. Synd. In Gallicis explicabit Poëmata Ronsardi, in Italicis il Corregiano del conte Castiglione. In Jure, Collegia privatim rati Institutionum quam Pandectarum, pro lubitu Studiosorum, aperiet.

**Joh. Daniel Horstius**, D. Physicam Hippocrateam, legendo & Disputando expositam, repetet, & ut Cælo annuente 6. Dissertationem in campis plantarum collectione: ita 7. 8. 9. 10. & 11. Dissertationem Sectionibus quoque Anatomicis exponet.

**M. David Christiani**, Pomer. Orator. & Mathem. Prof. Ord. publicè in Geographico Systemate suo, hic exculo, pergerit. Privatim Collegia Arithmetica, Geometrica, Geographica, Astronomica, Astrologica & Optica, ad votum & captum Auditorum aperiet.

In Oratoria publicè tradet præcepta de confcribendis Orationibus, varioq; & publicos & privatos, instituet Actus Oratorios, profectui & captui Auditorum Academicorum accommodos.

**M. Conradus Matthias**, Philologo-Criticus Professor publicus, hic continuabit Alexandri ab Alexandro geniales dies publicè: privatim vero, prout lubitum erit auditoribus, Logicis in artibus, item exercitiis Poeticis & Historicis, offeret omnem suam, quam poterit, operam & studium.

MARPURGI, Typis JOSEPHI DIETERICI HAMELLI, Academiæ Typographi, Anno M. DC. XLVI.

*Handwritten signatures and notes in the bottom left corner, including names like 'Joh. Daniel Horstius' and 'Joh. Henricus Tonsor'.*

*Handwritten signatures and notes in the bottom right corner, including names like 'Joh. Daniel Horstius' and 'Joh. Henricus Tonsor'.*

*Small handwritten note at the bottom right corner.*